1626 Concessione del titolo di Marchese di Camarda a Gaspare Caffarelli

España. Ministerio de Educación, Cultura y Deporte. Archivio General de Simancas
Signatura: SSP, LIB, 186, 298

© 2016 Roberto Vergara Caffarelli

[**c. 298r**]

Gaspar Cafareli

Filippus &ct. Universis et singulis p[ræse]ntium seriem inspecturis tam p[ræse]ntibus quam futuris, inter cætera qua a prudentibus Principibus solerte instituta et summo populorum consensu observata sunt hoc vel in primis publice dignitatis utilitatisque interesse putandum quod viros nobiles suaque et maiorum gloria, ac rebus gestis insignes ad novos subinde honores Titulorumque prerogativas extollendos censerent preter quam enim quod eisdem condecorati magno reipublicæ ornamento sint mirifice generosi, et ad optima quoque adspirantes animi exitantur ad omni ope consilio auxilio se (?) denique ac factibus universis se Principibus suis a quibus tanta virtutis premia adipiscuntur quam maxime fructuosos exhibendum. Proinde cum nomine Illustris fidelis nobis dilecti Joannis Petri Cafareli [**c. 298v**] Marchionis Turani nobis humiliter suplicatum sit, ut in testimonium, ac significationem suorum totiusque suæ familiæ meritorum et obsequiorum Marchioatus Titulo et honore Illustrem fidelem nobis dilectum Gasparem Cafareli filium suum natu maiorem ornare dignaremur. Nos considerantes prosapiæ ipsius egregiam antiquamqe nobilitatem et merita, necnos multa grataque obsequia ab ipso Joanne Petro Cafareli, et a maioribus suis variis in bellorum expeditionibus, et apud oratores nostros in curia Romana singulari fide, et devotione erga n[ost]ram regiam coronam prestita, merito petitioni eius benigne annuendum Terramque Camarda quam in Provincia Aprutij Ultra in Citerioris n[ost]ro Siciliæ Regno a nobis regiaque ma[gna] Curia iustis, ut asserit, tituli in feudum tenet et possidet dicto Marchionatus decore illustrandam atque insigniendam decrevimus. Tenore igitur præsentium ex certa scientia regiaque auctoritate n[ost]ra deliberate, et consulto, ac ex gratia speciali, [**c. 199r**] maturaque Sacri n[ost]ri Supremi Consilij accedente deliberatione præfatum Illustrem Gasparem Cafareli Marchionem Camarda suosque Hæredes et ordine successivo Marchiones prædicta terra facimus, constituimus, creamus et perpetuo reputamus Terramque ipsam Camarda atque illius membra et districtum in Marchionatus titulum et honorem eregimus et extollimus præfatumque Gasparem Cafareli eiusque Hæredes et Successores ordine successivo Marchiones eiusdem terræ dicimus et nominamus ab alijsque in omnibus, et quibuscumque actis et scripturis dici, et nominari volumus et perpetuo reputari, Decernentes et volentes, ut deinceps dictus Gaspar Cafareli eiusque Hæredes et Successores ordine successivo prædicti omnibus et singulis gratijs, privilegijs, prærogativis, Iuribus, dignitatibus, favoribus, immunitatibus, præheminentijs, libertatibus, et exemptionibus uti, frui, et gaudere possit, et possint, valeat, et valeant quibus huiusmodi dignitate, [**c. 199v**] decorati potiti sunt, seu quomodolibet potiuntur, et gaudent, potirique et gaudere possunt consuetudine, vel de Jure. Ita ut in Parlamentis, et aggregationibus titulatorum, et Baronum dicti Regni, aut aliorum per Nos aut Successores nostros et Proregem in dicto Regno pro tempore existentem faciendis tanquam Marchiones dictæ Terræ Camarda tractari vocari, et honorari debeat, et a nobis, et ipsis eius, et eorum dignitatem gradum, et locum observari prout solitum est, statuentes et expresse declarantes quod præsentis Tituli concessionis privilegium sit, et esse debeat eidem Gaspari Cafareli eiusque hæredibus, et successoribus prædictis omni futuro tempore stabile, reale, validum atque firmum, nullumque iudicijs, aut extra sentiat impugnationis obiectum, defectus incommodum aut noxe cuiuslibet alterius detrimentum, sed in suo semper robore, et firmitate persistat, fidelitate tamen n[ost]ra feudali quoque servitio, seu Adhoa n[ost]risque alijs, et alterius cuiusvis iuribus semper salvis. [**c. 300** Illustribus propterea spectabilibus Nobilibus, Mag[nifi]cis Dilectis Consiliarijs, et fidelibus nostris Proregi Locumt[enent]i, et Capitaneo generali n[ost]ro, Magno Camerario, Prothonot[ari]o, Magistro Justitiario, eoruque Lucumtenentibus Sacro n[ost]ro Cons[ili]o Castri Capuanæ, Præsidentibus, et Rationalibus Cameræ n[ost]ræ Summariæ, Regenti,

et Judicibus Magnæ Curiæ Vicariæ, Scribæ portionum, Thesaurario n[ost]ro generali, Advocatis quoque, et Procuratoribus fiscalibus, et præsertim Principibus Ducibus Marchionibus Comitibus Baronibus prædicti dicti n[ost]ri Citerioris Siciliæ Regni, cœterisque demum universis, et singulis officialibus, et subditis n[ost]ris maioribus et minoribus quocumque nomine noncupatis Titulo officio, auctoritate et potestate fungentibus p[ræse]ntibus, et futuris tam prædicti n[ost]ri Citerioris Siciliæ Regni, quam cuiuslibet alterius ditionis n[ost]ræ dicimus, et stricte præcipiendo mandamus quatenus forma p[ræse]ntium [**c. 300v**], per eos, et eorum quemlibet diligenter attenta, illam eidem Gaspari Cafareli, eiusque Hæredibus, et Successoribus prædictis tenentes, et firmiter observantes eum et eos tanquam Marchiones dictæ Terræ Camarda habeant, teneant, reputent, honorificent, atque tractent et contrarium non faciant aut fieri permittant ratione aliqua sine causa quatenus officiales et subditi n[ost]ri prædicti gratiam nostram caram habent, ac præter iram, et indignationis n[ost]ræ incursum pœnam ducatorum mille n[ost]ris inferendorum ærarijs cupiunt evitare. In cuius rei testimonium p[ræse]ntes fieri iussimus n[ost]ro magno negotiorum præfati Citerioris Siciliæ Regni Sigillo impendenti munitas. Datum in oppido n[ost]ro Madriti die tertio mensis Iunij Anno a Nat[ivitat]e D[omi]ni Millesimo Sexcentesimo vigesimo sexto. Regnorum autem n[ost]rorum anno sexto.

Io el Rey[1]

V[idi]t Com[es] The[saurarius] g[enera]lis
V[idi]t Caimus[2] R[egen]s
s

V[idi]t Marchio Floresta[3] R[egen]s

Dominus Rex mandavit mihi
Ludovicus Ortiz de Matienço[4]

[1] - Filippo IV (1605-1665)

[2] - - MICHELE CAFFI, *Della chiesa di S. Eustorgio a Mlano*, Milano 1841, pp. 19-20: «Girolamo Caimo fu uno dei figli de' coniugi Bartolomeo II e Magarita d'Adda ricordati nella precedente iscrizione. Appartenne al collegio dei giureconsulti di Milano, fu vicario di provvisione (*praefectus urbis*) nell'anno 1592, sostenne le parti di oratore per la città di Milano al re di Spagna Filippo II, fu avvocato fiscale, questore, senatore, consigliere per ventitré anni dei principi *Filippo III* e *Filippo IV* fu conte di Turate e reggente nella città di Madrid, ove a' 4 di agosto 1627 cessò di vivere in età di anni 69 [...]

[3] - Antonio de Quintana Duegna [Dueña] fu uno dei Reggenti del Consiglio d'Italia e del Consiglio di Sua Maestà. Nel 1619 fu creato marchese in Sicilia col titolo di "Marchese della Foresta di Trifontane" daFilippo III. Aveva per moglie Maria Velásquez de Cuan. Morì nel 1627.

[4] - JOSÉ ANTONIO GONZÁLES CERECEDO, *El viejo hogar (I). Los Cerecedo. Una historia familiar en la Junta de Voto*, p. 405: «... La casa de Matienço está en el valle de Ruesga, media legua deste valle de Aras,y desta casa son dos hijos del secretario Luis Ortiz de Matienço del hábito de Santiagoy otros mchos que de ella han salido»; p. 406: «... y en quanto a la nobleça, esta casa de Matienço es muy notoria, y della es el secretario Luis Ortiz de Matienço, que es de la secretaría del Consexo de Ytalia y tiene dos hijos caballeros de la ordem de antiago [...]». Si veda anche FRANCO. BERMUDEZ DE PEDRAÇA, *El secretario del rei [...] escrito a Felipe IV*, Granada 1637, p. 84: «Segunda Controversia por Luis Ortiz de Matienço, Antonio Carnero, dõ Iñigo de Aguirre, del Consejo de su Majestad, y sus Secretarios en el supremo de Italia con el licenciado Ivan Ruyz de Laguna del dicho Consejo sobre la precedencia de assientos en el».

ESPAÑA - MINISTERIO DE CULTURA - AGS - AGS_SSP_LIB_0186_0001

Gaspar Cafareli

Philippus etc. Universis et singulis praesentium seriem inspecturis tam praesentibus quam futuris. Inter caetera quae a prudentibus Principibus solerter instituta et summo populorum consensu observata sunt hoc vel in primis publicae dignitatis utilitatisque interesse putandum quod viros nobiles suaque et maiorum gloria ac rebus gestis insignes ad novos subinde honores titulorumque prerrogativas extollendos censerent praeter quam enim quod eisdem condecorati magno reipublicae ornamento sunt munifice generosi, et ad optima quaeque aspirantes animi excitantur ad omni ope consilio auxilio re denique ac factis universis se Principibus suis a quibus tanta virtutis praemia adipiscuntur quam maxime fructuosos exhibendum. Proinde cum nomine Illustris fidelis nobis dilecti Joannis Petri Cafareli

ESPAÑA - MINISTERIO DE CULTURA - AGS - AGS_SSP_LIB_0186_0002

Marchionis Turani nobis humiliter supplicatum
sit, ut in testimonium, ac significationem
suorum totiusque suae familiae meritorum
ac obsequiorum Marchionatus titulo et honore
Illustrem fidelem nobis dilectum Gasparem
Cafareli filium suum natu maiorem ornare
dignaremur. Nos considerantes prosapiae ipsius
egregiam antiquamque nobilitatem et merita
necnon multa grataque obsequia ab ipso[?] Joanne
Petro Cafareli, et a maioribus suis Regijs in
bellorum expeditionibus, et apud oratores
nostros in Curia Romana singulari fide, et
deuotione erga nostram regiam coronam praesti-
ta, merito petitioni eius benigne annuendum
Terramque Camarda quam in Provincia
Aprutij Ultra in Citerioris nostro Siciliae Regno
a nobis regiaque nostra Curia iustis, ut asserit,
titulis in feudum tenet et possidet dicto
Marchionatus decore illustrandam atque insig-
niendam decreuimus. Tenore igitur praesen-
tium ex certa scientia regiaque auctoritate nostra
deliberate, et consulto, ac ex gratia speciali

ESPAÑA - MINISTERIO DE CULTURA - AGS - AGS_SSP_LIB_0186_0003

maturaque Sacri nri Supremi Consilij accedente
deliberatione prefatum Illustrem Gassparem
Cafareli Marchionem Camarda suosque heredes
et successores ordine successiuo Marchiones pre
dicte terre facimus, constituimus creamus et
perpetuo reputamus, Terramque ipsam Camarda
atque illius membra et districtum in Marchiona
tus titulum et honorem erigimus et extolli
mus prefatumque Gassparem Cafareli eiusque
heredes et successores ordine successiuo Mar
chiones eiusdem terre dicimus et nominamus
ab alijsque in omnibus et quibuscumque actibus, et
scripturis dici, et nominari volumus et perpe
tuo reputari, Decernentes et volentes, ut
deinceps dictus Gasspar Cafareli eiusque
heredes, et successores ordine successiuo predicti
omnibus et singulis gratijs, priuilegijs pre
rogatiuis, iuribus dignitatibus fauoribus immu
nitatibus preheminentijs libertatibus, et exemp
tionibus uti, frui, et gaudere possit et possint,
valeat et valeant, quibus huiusmodi dignitate

ESPAÑA - MINISTERIO DE CULTURA - AGS - AGS_SSP_LIB_0186_0004

decorati positi sunt, seu quomodolibet potiuntur
et gaudent, potiriq(ue) et gaudere possunt consue-
tudine vel de iure, ita ut in parlamentis, et
congregationibus Titulatorum, et Baronum
dicti Regni, aut alicuum Proceres aut succes-
sores nostros et Proregem in dicto Regno pro
tempore existentem faciendis tanquam Mar-
chiones dictae Terrae Camarda tractari, vocari,
et honorari debeat, et a nobis, et ipsi eius, et
eorum dignitatem gradum, et locum obser-
vari prout solum est, statuentes et expresse
declarantes quod praesentis Tituli concessionis
privilegium sit, et esse debeat eidem Gaspari
Cafarelli eiusq(ue) heredibus et successoribus
praedictis omni futuro tempore stabile, reale
validum atq(ue) firmum, nullumq(ue) in iudicijs
aut extra sentiat impugnationis obiectum
defectus incomodum, aut noxae cuiuslibet
alterius detrimentum, sed in suo semper
robore et firmitate persistat, fidelitate
tamen nostra feudali quoq(ue) servitio seu adhoa
nostrisq(ue) alijs et alterius cuiusvis iuribus semper salvis

ESPAÑA - MINISTERIO DE CULTURA - AGS - AGS_SSP_LIB_0186_0005

Illustribus Spectabilibus nobilibus Magni
ficis dilectis Consiliariis et fidelibus nostris Proregi
Locumtenenti et Capitaneo generali nostro Magno
Camerario Protonotario et Magistro Justitiario
eorumque Locumtenentibus Sacro nostro Consilio Castri
Capuano Praesidentibus et Rationalibus
Camerae nostrae Summariae Regenti et Judicibus
Magnae Curiae Vicariae Scribae portionis nostrae
Thesaurario nostro generali, advocatis quoque
et Procuratoribus fiscalibus et praesentibus
Principibus Ducibus Marchionibus Comitibus
et Baronibus praedicti nostri Citerioris
Siciliae Regni ceterisque demum univer
sis et singulis officialibus et subditis
nostris maioribus et minoribus quocumque
nomine nuncupatis titulo officio, auto
ritate et potestate fungentibus praesentibus
et futuris tam praedicti nostri Citerioris
Siciliae Regni quam cuiuslibet alterius
ditionis nostrae dicimus et salutem de percipiendo
Mandamus quatenus forma praesentium

ESPAÑA - MINISTERIO DE CULTURA - AGS - AGS_SSP_LIB_0186_0006

peran et eorum quemlibet dicti praesentes attente
illam eidem Gaspari Casali eiusque heredibus
et successoribus praedictis teneant et firmiter
teneant et observent, eum et eos tanquam
Marchiones dictae Terrae Camardae ha-
beant, teneant, reputent, honorificent
atque tractent et contrarium non faciant
aut fieri permittant ratione aliqua sive
causa, quatenus officiales et subditi nostri
praedicti gratiam nostram caram habent, ac
praeter irae et indignationis nostrae incursum
poenam ducatorum mille nostris inferendorum
aerarijs cupiunt evitare. In cuius rei
testimonium praesentes fieri iussimus nostro magno
negotiorum praefati citerioris Siciliae Reg-
ni sigillo inpendenti munitas. Dat. in
oppido nostro Madriti die tertio mensis Junij
anno a nat. Domini Millesimo sexcentesimo
vigesimo sexto, Regnorum autem nostrorum
anno sexto.

Yo el Rey

Vt. Com.s Phiglis

Vt. Marchio Florida

Vt. Caimus R.

Dominus Rex mandavit mihi
Ludovicus Ortiz de Matienço,